



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 76. Ersamus apud Parisiensem Senatum de Beda Syndico questus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

inquit enim Erasmus. *I. S. Hilarius* Sæcul. XVI. A. C. 1527.
haud quaquam erat ignarus, quam periculi
plenum sit de rebus ineffabilibus loqui, in-
comprehensibilia scrutari. II. Summa no-
stræ Religionis pax est, & unanimitas. Ea
vix constare poterit, nisi de paucissimis desi-
niamus, & in multis relinquamus cuique li-
berum iudicium. III. Hoc eruditionis est
Theologicæ, nihil ultra quam sacris literis
proditum est, desinire. IV. Multa proble-
mata magis conveniret rejicere ad tempus,
cum videbimus Deum de facie in faciem. V.
Pudet, Rabinos alicubi nihil habere, quod
respondeant. Omnes hæ propositiones
pari censura, ac supra relatæ perstrin-
guntur.

§. LXXVI.

Erasmus apud Parisiensem Senatam
de Bedæ Syndico questus.

Paulo ante latam hancce censuram
 nunciabatur Erasmo, quod Parisien-
 sis Facultas Theologica quasdam pro-
 positiones ex ejus libris decerptas exa-
 mini subjiciat, imo earum nonnullas
 jamjam damnasset; quapropter is die
 decima quarta Novembris anno Christi
 millesimo quingentesimo vigesimo se-
 ptimo ad Parisiensem Senatam literas
 dedit, quibus de Natalis Bedæ Syndici
 ausibus querebatur, simulque Curiam
 roga-

Sæcul. XVI.
A.C. 1527.

rogabat, ut interposita auctoritate sua præfatum Doctorem juberet, ne ultra adversus eum iudicio contenderet, „ non „ equidem vereor, inquiebat, Erasmus, „ sed veneror Parisiensis Facultatis „ Theologicæ iudicium, nec etiam do- „ ctrinæ meæ veritati diffido, multista- „ men argumentis mihi cognita est Be- „ dæ violenta agendi ratio, ejusque „ pertinacia, nec me latet, multos ex „ Facultatis Doctoribus adversum me „ conspirasse, ceteros vero, quibus non „ idem cum Beda sensus est, obmute- „ scere, veriti, ne aut odium aut vexa- „ tionem sibi accerferent; mox enim ac „ nonnulli me defendere aggrediebantur, eis objiciebatur, quod ipsis etiam „ Lutheranis pejores essent; nec desunt, „ qui politioris scientiæ ignari, doctrinam meam capere nequeant, denique censura adversus me lata eo concepta est artificio, ut facile etiam magis sinceri ac docti Viri in errorem deduci possent; nonnullæ enim propositiones nonnisi truncatæ proferuntur, quæ a prioribus vel sequentibus separatæ perversum, conjunctæ vero sanum omnino sensum exhibent. „ Hæc ille, (*) an vero Curia Senatores hujus

(*) Quo autem loco, Continuator subdole
reti-

hujus epistolæ rationem habuerint, vel quid demum hac in re decretum fuerit, ignoratur; id tamen certum est, quod in superhabitis Erasmi querelis censura fuerit promulgata, ut supra retulimus.

Sæc. XVI.
A.C. 1527.

§. LXXVII.

Apologia contra hanc censuram.

Ex hac censura Erasmi hostes non parum elati, eum calumniandi ansam captabant, nec tamen defuit celebris quidam nostri ævi Scriptor, qui Erasmi Orthodoxiam contra hanc censuram vindicare nitebatur. Percipiamus illius hac in re iudicium. „ Quod Theologi-
 „ cæ Facultatis censuras attinet, in-
 „ quit præfatus Auctor, nihil detrahi-
 „ mus submissioni, quæ ejusdem mem-
 „ bris scientiæ fama celeberrimis de-
 „ betur; nihilominus jure merito affir-
 „ mare possumus, quod summi Pontifi-
 „ ces, Reges, Principes, Cardinales, E-
 „ piscopi, omnesque doctiores Ecclesiæ
 „ Catholicæ Viri Erasmum tam amplis
 „ celebrarint elogiis, ut eorum aucto-
 „ ritas hujus censuræ vim æquare, ac
 „ sinistram, quæ adversus eum quorum-
 „ dam menti jam ante insita fuit, opi-
 „ nionem

Apologie ou justification d'Erasmus par M. Marsolier en 1713 p. 190.

reticet, ne Lector Erasmi propositiones a Facultate merito damnatas deprehendere possit.